AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521 Seite 7r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Incipit glosa hugonis super regulam b. Augustini

Hec precepta quæ subscripta sunt. idcirco regula appellantur. quia videlicet in eis recte vivendi nobis forma præmittitur. Regula autem dicitur quia rectum regat vel recte ducat: et quod nos dicimus regula: greci canon appellant. Unde a greco nomine canonici. idem regulares dicuntur hi. qui in monasterio constituti. iuxta regularia precepta sanctorum patrum canonicam et apostolicam viuunt. quibus dicitur.

Hec sunt quæ vt obseruetis præcipimus. in monasterio constituti. Ad hæc enim nobis diuina precepta legunt. quis lecta intelligat. intellecta opere implent. Nam si intelligant. et non opere impleant. metuendum est illa sententia quam dicit. Scienti scies voluntatem domini sui et non faciens. plagis vapulabit multis. Hic paulo ante. Non enim auditores legis. sed factores iustificabuntur. Tu autem. Lectio.

Hec sunt. ut s. in folio.

Audiamus quæ sacra præcepta pij domini memorissimi mandatorum ad faciendum ea. quæ sic dicit beatus Jacobus. Si quis prospexerit in lege perfecta libertatis non auditor obliuiosus factus: sed factor operis. hic beatus in facto suo erit.